Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36522
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

uade satana in interitum. In genealo
gia hominis xpi in quo iste triumphus
tripudiat. numerum presentem quadra
gesime matheus significat. quem qua
dragesimo [nario] numero generationum scri
bit descendisse ad terras. Unde au
gustinus in libro secundo de consensu euuan
gelistarum. Accipit autem aduersum est ma
theum qui regiam in xpo institutam erat in
sinuare personam excepto ipso xpo xl.
homines in generationum serie nomi
nasse. Numerus autem ipse illud tempus
significat. quo in hoc seculo et in hac
uita regi nos oportet a xpo secundum dis
ciplinam laboriosam qua flagellat deus
ut scriptum est omnem filium quem recipit.
De qua dicit apostolus. Per tribulationem oportet
nos intrare in regnum dei. Ergo numerus
iste laboriosi huius temporis sacramentum
quo sub disciplina regis xpi aduersus
diabolum dimicamus. etiam illud declarat
quod xl. dierum ieiunium. hoc est humilitatem
anime consecrauit. et lex et prophete per
moysen et heliam qui quadragenis diebus
ieiunauerunt. et euuangelium per ipsius domini
ieiunium. qui diebus xl. [exaequatur] etiam temptabatur a dia
bolo. quod aliud quam per omne huius seculi tempus
temptationem nostram in carne sua. quam
de terra mortalitate assumere dignatus
est prefigurat. Iste quadragenarius nume
rus qui inchoatur a sequenti dominica post
quinquagesimam finitur. quinta feria
ante pascha domini. que uocatur cena domini.
A supradicta autem dominica cena. duo dies
super usque ad baptismum et fiunt xl. duo.
Tot enim mansiones habuerunt filii israel.
qui baptizati sunt in mari rubro quando
exierunt de terra egypti de dura seruitute.
et peruenerunt ad terram promissionis. Tot enim
generationes sunt in serie xpi. cum iechonia
bis computato et eodem xpo. Merito qui ad
celestem patriam tendunt eodem numero
mansionem satagunt. quo filii israel ad
terram promissionis uenerunt. Et merito qui
ad xpm transeunt per baptismum eodem
numero ad eum perueniunt. quo xpc
ad nos uenire dignatus est. et sicut hiero
nimus ait in libro mansionum filiorum israel.
Nec mirum si nullius numeri sacramento per
ueniamus ad regna celorum sub quo dominus
atque saluator a primo patriarcha peruenit
ad uirginem quasi ad iordanem qui ple
no gurgite fluens spiritus sancti gratia redunda
bat. Terminum quadragesimalem a vi.
idus feb usque ad nonas marcii. secunda
luna designat. Cur xlma temporali
uite aptetur augustinus ad ianuarium
in libro de consensu euuangelistarum.
Cur autem iste numerus hanc temporalem
uitam terrenamque significet. illa interim
causa de proximo occurrit quam uis sit
alia fortasse sacratior. quia et tempora
annorum quadripartitis uicibus currunt.
et mundus iste quatuor partibus
terminatur. Quadraginta autem quater
habent x. Porro ipse x. ab uno usque
ad iiii. progrediente numero consummantur
et iterum ad denarium. Nascitur inde etiam
numerus ex multiplicatione legalis
decalogi. et quatuor libris euuangelii.
Cur in tempore tali constituta sit ob
seruatio xlme inde adeundem. In qua
quasi parte anni congruentius obserua
tio quadragesime constitueretur.